6 Juni 1561.

5. K...

R^me in Christo pater et d(omi)ne,
domine colendissime:

Studium et obsequium meum sedulum R^me d. v. reveren-
ter in primis defero.
Nihil est necesse repetere, quae R^mae scribo. Erant quidem
plura scribenda, sed vito prolixitatem et offensionem.
D. v. R^me curae esse debebit, ut sine longiore mora mi-
hi respondeatur, et praescribatur aperte, quam formulam
exhibere M^ti Cs. debeam, et quid in ea contendentibus
adversariis concedi et mutari possit, ut ea mittatur quam
primum in Hispanias, et ego informem d. Volski, quid
facere, et quomodo sese gerere debeat. Ubi de ea convene-
rit, tum demum signata et subscripta mittetur. Interea ve-
ro de pecunia, et aliis rebus mobilibus agi nihilominus
poterit, maiori opinor fructu, quam nunc. Persuadeat autem
sibi velim d. v. R^ma, me, utcunque res sunt, nihil praeter-
mittere eorum, quae ex usu R. suae esse iudico. D. praepo-
situm Posnaniensem quid admoneam, non intelligo. Est ipse
satis solers, et peritus causae, neque ego scio, quid in manda-
tis habeat. Scribo tamen ei, si quid Neapoli facto opus
est: non iam ~~ad~~ Montium.
Novi nihil hic est modo, quod ego sciam. Neque erit fortassis
deinceps, si fraudi id mihi esse debet.

4

Quod restat, opto d. v. R^mam diu salvā et felicē esse. Vienna 6. Iunij. 1 5 6 1.

D. Conarski Neapolim se proficisci scribit. Laudo consilium.

R^me d. v.

D. Antonius parolis adhuc pascitur, licet non inutiliter serviat.

Unus ex advocatis regijs Neapolitanis Lanarius interfectus est nuper. M. autē Antonius senex, qui istuc Ezrotus missionē impetrarat, nō procul hinc vita excessit.

Addictiss. S^tor

Mart. Cromerus.

AV

R^mo^ in Chr̃o patri et domino D. Philippo
Padniewski dei grã Ep̃o Cracovien.
et regni Poloniæ Vicecancellario
domino suo obseruan.^mo^

4v

5v